



Universitätsbibliothek Paderborn

Medvlla Theologica

Ex Sacris Scriptvris, Conciliorvm Pontificvmqve Decretis, Et Sanctorvm Patrvm Ac Doctorum Placitis Expressa ; In qua, quidquid tum ad fidei mysteria sanè ac rectè intelligenda, & ab erroribus quibusvis secernenda, tum ad sacramenta debitè conficienda & ministranda, tum ad actiones humanas iuxta ...

Complectens ea quæ ad Sacramenta & mores pertinent

Abelly, Louis

Coloniæ Agrippinæ, 1659

§. 10. Quid hoc septimo decalogi præcepto prohibeatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38979

communi legum uſa & Theologorum cenſenſu tradidit
idem Leſſius. Quod ſi res illa ex aliqua culpa pereat, com-
modatarius quidem, ob cuius ſolius utilitatem res gra-
tuito commodata eſt, illam tenebitur reſtituere, ſi vel-
viſſiſſima eius culpa perierit, ut habetur cap. un. de com-
modato: locatarius uero, qui rem alterius conduxit pro
tuo, non niſi ex leui: deſignatarius autem, qui rem alienam
gratuito cuſtodit, non niſi ex culpa lata: quia ſcilicet lo-
catum cedit in commodum locatarij ſimul & domini; de-
poſitum uero ſolius domini uoluntatem reſpiciat.

Differunt denique in eo quod ratione mutui præſtitum
ut mutuum eſt, nihil à mutuuario ultra rem mutuam
aut illius ualorem exigere licitum ſit; in contractu uero
locationis id licite & iuſte fieri poſſit, ut ex ante dictis
intelligitur, & plenius ex dicendis conſtabit

§ X.

*Quid hoc ſeptimo Decalogi præcepto
prohibeatur.*

HOC ſeptimo præcepto prohibetur, non ſolum quæ-
ſiuis iniuſta rei alienæ acceptio & detentio, quæ ſunt
nomine designatur, ſed etiam (ut explicat S. Aug.
q. 71. in *Exo 1.*) quæuis alia iniuſta rei alienæ contrectatio
aut damni illatio; & conſequenter deliberata quæuis uolun-
tas alterius rem iniuſte uſurpandi, uel detinendi, aut
damnum illi inferendi; ut enim docet S. Th. 1. 2. qu. 71. a.
7. peccata uoluntatis & operis eiſdem ſunt ſpeciei, cum
hac tamen differentia, quod Peccata operis contra hoc
ſeptimum præceptum ad reſtitutionem obligent, non uero
peccata ſolius uoluntatis.

Eſt autem obſeruandum ſoſam illam rei alienæ invito
domino uſurpationem ac detentionem, quæ iniuſta eſt
hoc præcepto prohiberi: quia (ut ex communi Theolo-
gorum doctrina obſeruat Tolet. lib. 5. c. 14.) variis ex cauſis
ablatio rei alienæ invito domino fieri poteſt abſque
culpa

institiæ detrimento; V. g. cum sit ex legitima superioris
 auctoritate, qui ex causa iusta & rationabili, bona unius
 in alterum transfert; qua ratione Israelitæ non peccave-
 runt, cum Deo iubente spoliaverunt Ægyptios: item
 cum sit in utilitatem domini, ut cum à furioso ensis lubri-
 pitur ne ullum percussit; dummodo tamen valor & pre-
 tium eius in utilitatem Domini convertatur. qua ratione
 dicit idem auctor non committi furtum ab uxore, quæ
 pecunias clam aufert à marito suo, ne (quod sapissime
 scit ab illo fieri) ludis & comestationibus eas profundat;
 dummodo tamen in usum familiæ pecunias illas conver-
 tat: nec etiam peccare illum, qui vinum alterius effundit,
 ne inebrietur; nec qui chartas rumpit & lacerat, ne alij
 ludendo blasphemias proferant, aut alia ratione peccent.

Docet etiam idem Tol. ibid. non committi furtum ab
 eo, qui clam aliquid accipit, quod sibi aliis debetur; quan-
 do scilicet non potest coram iudice debiti solutionem
 exigere, quia debitor est potens, aut debitum probare
 non potest, aut inde sibi aliquod malum timet: si enim
 iura iuridica debiti solutionem obtinere posset, peccaret
 occultè rapiendo, quamvis ad restitutionem minimè te-
 neretur; monet tamen cavendū esse, ne ex illa secreta ab-
 latione, quamvis iusta, scandalum aliquod aut damnum
 alterius sequatur; puta ne alij in suspicionem furti veni-
 ant; neve is à quo accepit, rursus idem debitum solvat;
 ac denique ut nihil aliud accipiat, præterquam quod ipsi
 debetur, V. g. si pactum de certa mercede inter dominum
 & famulum intercessit, & famulus liberè in illud consen-
 sit, non potest famulus ultra illam quidquam sibi sumere,
 nisi forte adigatur ab ipso domino ad alia opera præstan-
 da, de quibus inter eos non convenerat; tunc enim tene-
 retur dominus solvere ultra pactum, & eo denegante fa-
 mulus, quod sibi iuste deberetur, posset accipere.

Sunt autem duæ species iniustæ ablationis rei alienæ;
 scilicet furtum, cum aliquid secretò ab alio iniuste aufer-
 tur; & rapina cum palàm & violenter auferatur: qua ratio-
 ne (ut docet S. Th. 2. 2. q. 63. a. 4. & 9.) rapinæ peccatum

Y

NON

non solum specie differt à furto, sed & illo gravius est quia præter iniustam rei alienæ ablationem violētiam illatam iniuria etiam in eo reperitur, quæ circumstantia ideo in confessione declaranda est.

Cum verò quævis rei alienæ ablatio & detentio iniusta, sit ex genere suo mortale peccatum, ut docet S. Th. super art. 6. nisi rei furto ablata parvitas excuset; difficultas est inter Theologos, quænam quantitas, seu quisnam valor rei ablata sufficiat ad peccatum mortale in materia furti constituendum? varia sunt Doctorem super hac re sententia: Nau cap. 17. nu. 4. dimidium regalem (qui ætate illius quinque solidis aut circiter æstimabatur) existimari sufficere ad peccatum mortale in materia furti: Tol. lib. 5. cap. 16. unum regalem aut duos etiam respectu disticti: Sor. lib. 5. quæst. 3. art. 8. ad 3. unum vel duos aureos. In re maxime difficili probabilissime loqui videntur illi qui hanc furti quantitatem viri prudentis & Pii arbitrio esse definiendam existimant, idque non solum ex valore, aut quantitate rei ablata, sed etiam spectatis circumstantiis tum personæ cui ablata est, tum damni, quod iniuria illarum est, tum etiam pravæ dispositionis illius qui rem alienam abstulit: ex quo fit ut Peccatum mortale committatur interdum rem modici valoris auferendo, si persona cui auferitur inops sit, ut si quis viduæ illi Evangelicæ Christi Domini ore laudatæ duo illa minuta, quæ in gazophylacum s: Marc. 12. misit, abstulisset, totum illius victum (ut idem Dominus loquitur) surripuisset. item si quis rem modicam furetur, unde damnum aliquod notabile tequatur, ut si à sartore acum, à sutore subulam, à scriba calamum surripiat, qui eiusmodi instrumenta ad præstanda opera sua plurium dierum spatio reperire non possent: item si quis modicum quid furto acciperet, sed animo & voluntate plura surripiendi: haud dubie in his & similibus casibus modicus valor aut exigua quantitas ad peccatum mortale furti constituendum sufficere possent. Præterea vix est ullus conscientia: utcumque timoratus, qui si dimidiam vel etiam tertiam partem aurei à quo cumque furetur, se peccatum mortale committere non